

D E S A C R A-  
M E N T I S.

DOMINICA XXXVII.

Ex Quæst. 65. & seqq.

SACRAMENTA EVANGELI  
promissionem obsignant.

Textus Rom. 4, II.

V. II. Abrahamus signum accepit circumcisio-  
nis, sigillum justitiae fidei receptæ in præ-  
putio? non in circumcisione, sed in præ-  
putio.

Quæst. 65. Quoniam igitur sola fides  
nos Christi atque omnium beneficiorum  
participes facit: unde hæc fides pro-  
ficiuntur?

R E S P. A spiritu sancto, qui eam per prædicatio-  
nem Evangelii in nostris cordibus accendit, &  
per usum Sacramentorum confirmat.

Quæst. 66. Quid sunt Sacra menta?

R E S P. Sunt sacra & in oculos incur rentia signa ac  
figilla, ob eam causam à Deo instituta, ut per  
eas promissionem Evangelii magis decla-  
ret & ob signet: quod scilicet non universis tan-  
tum, verum etiam singulis credentibus propter  
unicum illud sacrificium Christi in cruce per-  
actum, gratis donet remissionem peccatorum.  
& vitam eternam.